



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Purgatione vulgari. Tit. XXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

CAP. CUM dilectis. XV.

- 1 Purgatio non est indicenda, sed condemnatio, quando crimen est notorium vel clari non possit. Item iudicio pendente coram iudicibus delegatis Papa, non debet Ordinarius purgationem indicere infamato, & si purgavit, purgatio non valet, sed est purgandus à delegato Papa si contra infamatum non apparet accusator. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 230. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 732. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 17. c. 6.
- 2 Nullus inficiationi locus, &c.] Notatur ad hoc, quòd notorium facti est finita, & communiter indubitata probatio immediata ex natura facti, vel rei continæ, vel interpellatæ, aut momentaneæ, se oculis hominum, aut maioris partis ita exhibens, vt nulla possit tergiversatione clari, aut negari, vt potest cuius vniversus populus, aut maior pars testis esse possit, vt per Fatim. in praxi crimin. p. 1. q. 21. n. 11. Menoch. illustr. c. 2. n. 12. & c. 2. n. 23. Menoch. de arbit. casu 166. num. 4.
- 3 Vipote cuius vniversæ vicinie populus, &c.] Ergo laicus contra Clericum admittitur testis in criminibus notoriis, vt per Panorm. in cap. de cetero, n. 4. de testibus, vbi Felin. n. 6. Mascard. de probat. concl. 962. n. 8. & concl. 1358. n. 48. cum seqq. Crot. de testibus, n. 67. Beller. disquisit. cleric. p. 1. tit. de Clerico, teste §. 5. n. 6. vers. quinto, vbi etiam aduertit laicum idoneum esse testem ad probandam infamiam contra Clericum.
- 4 Notatur hic text. etiam ad hoc, quòd res inter vnos acta, nocet aliis ratione connexitatis, vt per Tiraq. in tract. res inter alios, vers. sicut igitur, 22.
- 5 In gloss. Non erat illi indicenda, ibi, citatio tamen faciendâ, &c.] Notatur ad hoc, quòd in notoriis etiam citatio requiritur, quando non constat citatum esse inexcusabilem, nullamque habere posse defensionem, vt per Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. q. 18. art. 1. vers. hac opinio.

SUMMARIUM.

- 1 Prælato de criminibus infamato non sufficit, quando se purgat, iurare quòd sit immunis ab illis criminibus, sed iurare debet quòd post suam promotionem illa crimina non commisit.
- 2 Nemo potest scire se esse in gratia Dei.
- 3 Vendentes iustitiam, vel bonum litis euentum, quam penam incurram, ostenditur.
- 4 Venalis sententia nulla est, nisi sit arbitri.

CAP. Accepimus. XVI. & fin.

1 Prælati, vt Archiepiscopus, quando est infamatus de criminibus, & vult se purgare, debet hoc modo & forma iurare secundum sanum intellectum, id est, se illa crimina, de quibus est infamatus, non commisisse postquam fuit Archiepiscopus, & compurgatores debeat quoque iurare se credere enim verum iurasse, & non sufficit iurare quòd sit immunis ab illis criminibus, de quibus est infamatus, quia non tenetur iurare de tota sua vita, nec debet iurare quòd sit immunis, intelligendo quòd sint remissa per penitentiam iam factam, quia temerarium esset. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr.

Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 230. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 732. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Quia non debet asserere, &c.] Quia nemo potest scire se esse in gratia Dei, imo contrarium asserere est hæreticum, & error Lutheri, quem damnat Alphons. de Castro lib. 7. aduersus hereses, in verbo gratia herese 3. & aperte damnatus fuit in Concil. Triad. sess. 6. c. 6. Can. 14. Nemo enim scit (vt ait Eccles. c. 9.) an amare, vel odio dignus sit, & Apostol. ad Corinth. 1. c. 13. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, vide plura ad hoc propositum per Nauar. in man. c. 9. num. 10. & c. 11. n. 8. & in cap. si quis, il. primo, n. 18. de Penitentia, dist. 7. Ianlen. in Proverbia Salomonis, c. 20. Proverb. 9. optime Menoch. conf. 82. num. 5. & 6. n. 58. & 63. cum seqq. & de pres. lib. 6. pres. 94. n. 95.

In gloss. Venditionem iustitiae. De illis, qui vendunt iustitiam, multa tradit Azened. l. 7. n. 4. & 5. tit. 3. lib. 7. noue recop. De illis vero qui vendunt bonum litis euentum, & ad illum obtinendum cum partibus componunt, vide DD. per text. ibi in l. qui explicandi, C. de accus. Bobadil. in sua politica, lib. 13. c. 9. pag. 365. cum seqq. Farin. in praxi crimin. 111. n. 297. cum seqq. vbi n. 284. agit de illis, qui hoc faciunt extra curiam, & promittunt bonum litis euentum apud iudices, & de Aduocato hoc faciente. Hos impostores vocat Martial. lib. 4. Epigram. 5. fumi venditores, vbi P. Raderus eius scholiastes aliqua adducit: inde factum fuit, vt Alexander Senerus Imperat. vt refert Ælius Lampridius in eius vita, quandam Vetronium Turinum his fallaciis vtentem fumo necari iusserit, clamante præcone, fumo moritur, qui famum vendidit, refert etiam, multa in hoc propositum adducens Horten. Caualean. de brachio Regio, p. 5. num. 69. & 70. Sebalt. Orozco in el thesoro de lengua Castellana, verbo homo, sic enim offensa Regi, & frans, & mendacium, & furtum litigantibus deceptis, de quo idem Orozco in suis moralibus emblem. lib. 2. embl. 19.

In ead. gloss. ibi, venalis etiam sententia nulla est. Ita depositum est apud Lusitanos in ordinatione Regia lib. 3. tit. 75. in princip. & apud Castellanos l. 13. tit. 22. partit. 3. resolunt Menoch. de arbit. casu 343. num. 6. Mench. usufreq. c. 37. Aules ad c. 1. pratorum, verbo donatione, n. 7. Peregr. de iure fisci, lib. 7. tit. 4. n. 6. cum seqq. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1449. Fatim. in praxi crim. p. 3. q. 111. n. 197. venalis vero sententia arbitri est valida, gloss. verbo exceptio, in fin. in l. ita demus, ff. de arbit. Camil. Borrel. in sum. omnium decis. tit. 63. n. 384.



De Purgatione vulgari.

TIT. XXXV.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Panorm. Butr. Mar. Socin. Martin. Mesnart. in epitome Decretal. fol. 197. Petr. de Rauenna in compend. iuris Canon. Dan. Venat. in analysi methodica iuris Pontif. à pag. 709. Gostred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anastal. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in expost. tit. iuris Canon. Ioan. Honor. lib. 5. summ. in Decret. omnes sub hoc tit.

De materia tit. vide Conar. lib. 4. var. c. 23. Ambros. de Morales in historia Hispania, p. 1. lib. 11. fol. 56. vers. 9.

verso. Natar. in man. c. 11. ex n. 39. Damhau. in praxi crimin. c. 43. Binsfeld. p. 2. confess. malef. q. 1. Henriq. in summa lib. 8. de Eucharistia, c. 56. n. 5. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 5. c. 48. n. 3. Ioan. Ferdin. in thesauro, verbo aqua, n. 9. Soar. tom. 1. de Relig. lib. 1. de irreligiositate c. 3. n. 8. latè Martin. Delri. disquisit. magicar. lib. 4. c. 4. q. 4. sect. 3. & 4. Anton. de Gomca in lib. de itinere seu visit. Archiepiscopi D. Alexy de Menses, lib. 2. c. 4. in fine. & c. 5. Bernard. de Britto in monarchia Lusitana p. 2. lib. 2. c. 10. à princip. Emman. do Valle de incantar. & ensalm. sect. 2. c. 11. 5. n. 7. Azeued. in l. 10. n. 11. tit. 8. lib. 8. noua recep. Franc. Leon. in thesauro fori Eccles. p. 5. c. 26. n. 27. Torreblanc. lib. 1. de Magia, c. 23.

S V M M A R I V M.

- 1 Purgatio vulgaris in nullo casu tolerari debet.
- 2 Duella & alie purgationes vulgares sunt prohibita.
- 3 Duellorum pena innouata & ampliata.
- 4 Conflictus quotidiani non sunt duella.
- 5 Duellum nulla de causa, nec pro defensione honoris vnquam licitum esse potest.

C A P. Cura. I.

Cælest. III.

- 1 Purgatio vulgaris vt per duellum in nullo casu tolerari debet. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Inuoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Cened. collect. 117. Vin. in ration. lib. 5. vris Pontif. pag. 232. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 733. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 16. c. vnico.
- 2 Collige ex text. duella, & alias purgationes vulgares prohibitas esse, quia per ea multoties condemnatur absolundus, & Deus tentari videtur, vide Orozco de vera & falsa prophetia, lib. 1. c. 29. fol. 73. Soar. tom. 1. de Religione, lib. 1. de irreligiositate, c. 3. n. 8. De duello, & eius penis vide DD. citatos ad rub. de clericis pugnantibus in duello.
- 3 Duellorum pena innouata, & ampliata fuerunt multis in casibus, & ad alias personas præter duellantes, vt in Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 19. & per Pium V. in sua constit. incip. Ea que à prædecessoribus, sub dat. Idibus Novemb. 1566. & per Gregor. XIII. in constit. incip. Ad tollendum, sub dat. 24. Decemb. 1582. & per Clement. VIII. in nouissima constit. incip. Illius vires, sub dat. 2. Septemb. 1592. vbi extendit supradictas constitutiones, & decretum Concilij citato loco, vt locum habeant vbique gentium & terrarum inter quascumque personas etiam armatas, & in castris, seu propugnaculis militantes, &c.
- 4 Conflictus quotidiani, qui subito iræ seruore, vel ex alteratione nascuntur, non sunt duella eo quod non fiunt ex condicito, vt per Floron. de duello, c. 1. Alex. Peregr. in simili tract. q. 18. Bonacin. de censur. desput. 2. q. 6. puncto 2. n. 9. vbi n. 8. cum Peregr. cit. loc. q. 13. subdit quod quando Titus offert duellum Caio, illumque eodem tempore, quo duellum offert, gladio aggreditur, vnde Caius cogitur ibi statim pugnare, neutrum dicitur duellum propriè committere, de quo vide Filiuc. tract. 15. n. 110. vbi n. 112. tenet quod si duo iniuicem contendant, & ante conuenerunt vt armatus expectet, donec alter arma de domo arripiat, videtur duellum, quia pugna erit ex condicito, si non est eadem continuata, sed interpolata recessu ab altero, & ingressu in domum.

Duellum nulla de causa, nec pro defensione honoris vnquam licitum esse posse, notat Valer. Reginald. in praxi fori panis. lib. 21. n. 80. Bernard. Gren. ad præc. Cam. Imper. lib. 2. concl. 100. confid. 1. Est tamen vnus casus singularis, quo sine peccato, regulariter loquendo licitum est duellum, videlicet si existente bello inter duos principes vnus illorum vellet bellum in duellum resolucere, pronocando alterum ad impetrandum certamen, provt Belari. in suis comment. rerum Gallicarum anni 1528. fecisse refert Francisc. J. Regem Galliarum misso libello duelli Carol. V. Imper. & Gauciatione historia Italia, lib. 13. idem refert de Francisc. Maria Duce Urbini, vbi Apostil. alios refert, Lyran. in lib. Reg. c. 17. Caiet. 2. 2. q. 9. art. 8. in resp. ad 3. resp. p. causa, Sayr. in clauis Regia, lib. 7. c. 13. n. 16. vbi conuenit licitum esse duellum isto casu.

Incidere in penas purgantium in duellum, qui inter obuiam habentes diffidunt se in tali loco, quo certant, & ibi pugnant cum adit allegatio loci, de temporis presentis, contra Iacob. de Graf. de cassibus referat. lib. 1. c. 7. n. 2. resoluunt Sanchez in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 9. n. 28. Bonacin. de punit. 2. n. 6. vbi subdit videri incidere in penas duelli illum, qui dicit alteri, Veni in talem locum, te ibi expectabo.

Illum qui præmissa cum alio puocatione ad duellum, sese contulit tempore præfixo ad locum constitutum, sed duello non sequuto discessit, incidere in communicationem, aliaque penas contra duellum comminatas, resoluunt Floron. de duello, c. 3. n. 1. fol. 47. & c. 5. s. 1. n. 3. fol. 63. & c. 6. s. 1. n. 2. fol. 82. regin. eod. tract. q. 4. n. 5. & 7. in fine, & q. 4. 1. per m. præcipue n. 2. & 4. Vgolin. de offic. Episcopi, c. 6. s. 1. vers. quarto, vbi ait hoc iura tenendum per Ballaniam ment. VIII. & sic in Curia obseruatur. Quam vniuersarium teneant Paul. Comit. respons. moral. lib. 4. c. 1. n. 5. vers. quartum, & q. 18. n. 7. & 8. Sanchez. de p. n. Bonac. de punito 2. n. 61.

Comprehenduntur in supradictis constitutionibus socij, patrini, & spectatores ex industria, non vni illac tranfentes, & obiter apicientes duellum, sicut resoluunt Valer. Reginald. d. lib. 2. n. 77. Vgolin. d. 6. n. 5.

Non committit duellum ille, qui al euitandam loci irreuerentiam, aut suum periculum, inimicum, quem videt esse in Ecclesia, aut in loco ubi periculosum vbi habet comitatum, vel famulos, dicit. Exi inde, quia non destinatur propriè locus, sed solum intenditur emittatio irreuerentia loci, vt tenent Floron. tract. de duello, c. 1. Peregr. eod. tract. quest. 18. Filiuc. eod. tract. 15. n. 111.

Calor iracundia excusat quem à penis duelli si in continentini accederet ad aliquem locum, ibique demicaret, vt per Ioseph. Ludovic. Lupis. decis. 111. Cened. ad Decretal. collect. 117. n. 4. Aloy. Ricc. in præc. rerum fori Ecclesiast. decis. 634. in 1. adit. alias resp. 637. in 2. edit.

S V M M A R I V M.

- 1 Purgatio vulgaris in nullo casu tolerari debet, & sententia lata ex tali purgatione est nulla.
- 2 Sententia quando est ipso iure nulla, potest renouari per iudicem, qui eam tulit.
- 3 Sententia, quam pars iniustam profectur, non debet exequi.
- 4 Testibus receptis contra iuris prohibitionem non est des adhibenda.

BARBOL
Iulius Ca
TO

CAP. Significantibus. II.

Innoc. III.

- 1 Purgatio vulgaris in nullo casu tolerari debet, & sententia lata ex tali purgatione est nulla, & non liberat, nec condemnat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Vinian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 232. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 733. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 18. cap. unic.
- 2 Notatur hic text. ad hoc, quod quando sententia est ipso iure nulla, potest reuocari per iudicem, qui cam protulit, vt per Azened. in rubric. 8. n. 5. lib. 8. noue re. cop. & l. 10. n. 3. eod. tit. & sententia: quam pars iniustam conficitur, non debet exequi, vt per Corlet. in singul. verbo sententia 6. & 7. Rebuff. tom. 1. ad leges Gallic. tract. de sentent. execut. art. vlt. n. 6. Sic etiam testibus receptis contra iuris prohibitionem, nulla fides adhibenda est, & sententia lata virtute salium probationum est ipso iure nulla, vt per D. Barbol. in l. 9. de vi, n. 106. ff. de iniuriis.

SUMMARIUM.

- 1 Ferri candentis iudicium interdictum, & n. 2.
- 3 Purgatio vulgaris olim triplex.
- 4 Miraculum insigne refertur quod accidit cuidam Lufitano Omura.

CAP. Dilecti. III. & fin.

Honor. III.

- 1 Purgatio vulgaris candentis ferri interdictum sub censura, quia est tentare Deum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Vin. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 232. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 733. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.
- 2 Refert hic text. ferri candentis iudicium penitus esse interdictum, vt pote in quo Deus tentari videtur, & mandat Templarios, qui Liouones hoc iudicium subire compellebant, per censuras Ecclesiasticas cogi ab eo abstinere, vt per Mart. Delr. disquisit. magic. lib. 4. c. 4. q. 4. sect. 3. in fine, & q. 5. sect. 3. vers. secundo probatur, Torreblanc. lib. 1. de Magia diuinatorice. c. 23. ex num. 36.
- 3 Triplex olim fuit purgatio vulgaris, per rogam scilicet, per prunas, per ferrum, hoc est, viores, feti lateres, seu cotiulas, vel chirothecas candentes innocentia probatur, si illas quis abiret; sin nocens habebatur, quæ aliquando sponte suscepta, aliquando verd iniuncta pronocato erat, prout asserit idem Martin. Delr. d. q. 4. sect. 3. in princ. vbi testatur de ferro candente hodie apud Iaponios obtineri, & narrat illust. miraculum, quod accidit Omura ex epistola Luffj Froës scripta anno 1595. in hæc verba: Puerat Christianus quidam Lufitanus erat degens inter ethnicos acclulatus furti, & quia hoc crimen leuissimè punitur in Iaponia, sic vt de eo quantumvis minimò conuictus, morte enim nulla venia spe mulctetur, nec tamen possunt hunc Christianum verd conuincere. Ecce mox Gentiles eum obsident, & dum aliud non possunt, opportune compellunt, vt ritu ipsius conuicti iuramentum edat, qui erat, vt in folio chartæ haberi

pto scriberet, quod erat iurandum, deinde folio in palmam manus deposito imponeret ferrum candens, manumque constringendo in suam rapiat vindictam, & iram Chamis imprecaretur, si obiecti criminis reus foret. Quod si forte manus amburatur, aut experientia probatum eum noxa esse reum, si verò à latrone cum folio maneat immans, esse innoxium. Cui igitur hic Christianus in has angustias abductus esset, quippe vel iurandum illi erat, vel repudiato iuramento, quo se reum faciebat vitæ discrimen adendum innocentie suæ confusus dixit fas sibi non esse, vt pote Christiano per falsum Deum Chamis iurare, sed tantum per verum. Consentit Gentiles, vt per suum Deum iuret. Ille ergo signo Crucis in folio expresso, ferròque candenti imposito, quia id facere cogebatur, magna animi præstantia ferrum manu constrinxit. Res mirabilis, nec manus, nec folium comburitur. Itaque non solum solutus est poena, verum etiam culpa, quam falsò illi impingebant.



De Iniuriis, & Damno dato.

TIT. XXXVI.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Iniuriarum materia vbi tractetur, ostenditur.
- 3 Iniuria non solum dicitur verbalis, qua verbo tenus fit, sed & ea que in scribendo fit.
- 4 Iniuria sine dolo & animo iniuriandi non committitur.
- 5 Iniuriandi animus non presumitur quando potest sui alia coniectura.
- 6 Iniuria irrogatur si quis dicat alteri, tu mentiris.
- 7 Iniuria atrox que dicatur, remissive.
- 8 Damnum dicitur non solum quod prouenit à casu, sed etiam à culpa.
- 9 Damnum presumitur illatum ab inimico, & vicinis quando sunt mala opinionis.
- 10 Damnum, & iniuria in quo differant.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Aloyf. Ricc. collect. 1875. Durand. in breuiario atreo iuris Canon. fol. 151. Petr. de Raenna in compend. iuris Canon. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canon. fol. 182. Martin. Melhart. in epitome Decret. fol. 197. verso. Dan. Venat. in analysi method. iuris Pontif. à pag. 710. Goffr. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anastaf. German. in paratitulis ad quinque libros Decret. Barth. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. Lancel. in instit. Canon. Canif. in summ. iuris Canon. Cafarel. in erotem. eiusdem iuris, nouissime Ioan. Honor. lib. 5. summ. in Decret. omnes sub hoc tit.

De iniuriis vide Clar. in pract. §. iniuria, Menoch. de arbit. casu 263. Bellar. Soar. & alios tom. 3. commun. opin. lib. 9. tit. 25. de iniur. Perez ad tit. 9. lib. 8. Ordin. Surd. decif. 89. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 105. Bernard. Græue. ad pract. Cam. Imper. lib. 2. concl. 100.

Iniuria non solum dicitur verbalis, que dicitur verbo tenus, sed & ea, que in scribendo fit, quia scriptura loquitur, l. non figura 37. vers. quatenus, ff. de actionibus, & obligationibus, gloss. verbo conuictus, in l. 1. ff. hoc tit. Farin. d. q. 105. n. 4. Bernard. Græue. d. lib. 1. concl. 104. consid. 1. Sine dolo, & animo iniuriandi non committitur, l. si non conuictus, C. hoc tit. Surd. d. decif.